Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



hereditatem tua in opprobrium: ut dicant eis nationes
Ubi est deus eorum? Zelatus est terram suam
et pepercit populo suo. Et respondit dominus et dixit populo suo: Ecce ego mittam
vobis frumentum et vinum et oleum et replebimini
in eis: et non dabo vos ultra opprobrium inter gentes. Dicit dominus omnipotens
Miserere mihi domine miserere mihi quoniam in te confidit anima mea. Et
Nisi de celo et liberauit me dedit in opprobrium conculcantes me
Domine ne secundum peccata mea facias nobis neque secundum iniquitates Tempo
nostras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum cito antecipent nos miserere nobis quia pauperes facti sumus
nimis. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam nominis
tui domine liberemur nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Secundum
illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis machai 6
is. Cum ieunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes
Exterminant enim facies suas: ut pareant hominibus
ieunantes. Amen dico vobis quia receperunt
mercedem suam. Tu autem cum ieunas unge caput
tuum et faciem tuam laua: ne videaris hominibus
ieunans: sed patri tuo qui est in abscondito: et pater tu
us qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesau
izare vobis thesauros in terra: ubi erugo et tinea demol
itur: et ubi fures effodiunt et furantur. Thesau
rizate autem vobis thesauros in celo: ubi neque erugo
neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec
furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum.
Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos offi
meos super me domine clamaui ad te et sanasti me. Sed Hac nos
quesumus domine hys mysteriis offendis conuenienter aptati
quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus
et ordinem. Ephanio Domine dis Quia tempestatem
mea Qui Quia meditabitur in lege domini die ac nocte dabit fructum